1530.

108

# Cricius Tomicio.

Reverendissime in Christo Pater et Domine benefactor colendissime. Intellexi quod Dominus Lucas abbas Plocensis post impetratam apud me excessuum suorum veniam quam illi ea spe dederam, ut omnes si quas haberet cum meis Canonicis simultates deponeret, impeteretque neminem statim postea quam Plocka discessissem citavit, in urbem Dominum Doctorem Bromirski et nonullos alios Canonicos meos, pro eorum beneficiis partim suo, partim ipso instignante, aliorum nomine quod mihi valde molestum est, nollem enim Ecclesiam meam quae ab aliquot annis quieta fuit, meo tempore turbari, et iterum in Litium versari fluctibus. Itaque commendo ex animo vestrae Reverendissimae Dominationis hunc Dominum Bromirski hominem et probum et doctum plurimumque illam rogo, ut eum in Patrocinium suum recipere et hoc eius negotium pro sua Prudentia ita dirigere, et Reverendissimo Domino Cardinali Protectori cum suo, tum etiam Regiae

Maiestatis

maiestatis nomine illum commendare di-
gnetur. sub vestra Reverendissima Do-
minationis tutela ex praendio laqueos
istos quos illi ipse Lucas una cum Mi-
chaele Bacanow struit evadere possit mae-
rebor id vestrae Reverendissimae Domina-
tioni una cum illo omni studio et ob-
servantia, cuius gratiae me etiam atque
etiam commendo. Dat. Gnesnae die 5
Veneris Anno Domini 1530.